

suam dimittebat regionem vel 'Melibeus' dicitur ἀπὸ τῶν  
 μῆλων id est a curis boum. 'bucolica' ἀπὸ τῶν βουκόλων  
 id est a custodia boum. 'Titirus' a graeca aethimologia  
 40 descendit. inter 'patulum' et 'patentem' distantia est. 'pa-  
 tulum' quae ob omnibus videtur et non clauditur nec latet,  
 sicuti est mons et arbor; 'patens' est quae clauditur et  
 aperitur, sicut est ostium et fenestra. 'egogla' dicitur quasi  
 egaloga, quia 'ega' dicitur capra, 'logos' sermo. inde 'ego-  
 45 gla' dicitur sermo de capris. inducitur etiam pastor iacens  
 sub arbore securus et otiosus datque operam cantilenae.  
 alter vero, qui cum gregibus ex suis pellitur finibus, qui cum  
 Titirum inspexisset iacentem ita locutus est: 'Titire' et ce-  
 tera. et hoc loco Titirum sub persona Virgilio debemus in-  
 50 telligi. non tamen ubique set ubi exigit ratio. quod autem  
 eum sub fago dicit iacere, allegoria est onestissima, quasi  
 sub protectione est vel sub arbore glandifera, quae fuit  
 victus causa. antea enim homines glandibus vescebantur.  
 unde fagus dicta est ἀπὸ τῶν φάγων. hoc etiam videtur di-  
 55 cere iaces sub umbra fagi in agris tuis tuas retentas [non]  
 possessiones, quibus aleris, sicut etiam glandibus alebantur  
 antea antiqui.

## VITA III.

Virgilius poeta genere fuit Mantuanus natus idibus Octo-  
 bribus in oppido prope Mantua. Cremone studiis litterarum  
 eruditus Ravennam pergens togam sumsit. togatus vero  
 non parvo post tempore Romanam adiit. toga autem vestius  
 5 est magistrorum, quia illa non utebantur vulgares homines  
 sed solum modo magistri. favorem Caesaris et militum eius  
 emeruit. potitus gratia et amicitia senatorum. Partenope ivit.  
 in qua civitate miro ordine carmina sua composuit Partenope